



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

Quae necessitas appellationis? quorum iudicum sententiae appellatione rescindantur? quae differentia judicialis appellationis ab extrajudiciali?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

Quia sententia subinde fertur contra
 Jus alterius litigantium, sive quia ab
 incompetente Judice lata est, aut contra
 solitum judiciorum ordinem, vel per for-
 des, & turpitudinem, vel ex falsis allega-
 tionibus, vel contra leges: necessarium
 fuit, ut introducerentur appellationes *L.*
1. ff. h. t. quibus effectus sententiæ impe-
 ditur, aliâs in rem judicatam transituræ.
 Per appellationem autem rescinduntur
 sententiæ eorum judicum, qui sunt infra
 Præfectum Prætorio: est enim appellatio
 ab inferiore Judice ad superiorem facta
 provocatio ratione gravaminis illati, vel
 inferendi. v. g. indictione gravioris tri-
 butinor: 128. eaq; appellatio, aut judicia-
 lis, vel extrajudicialis. per *Panor: in cap: bo-
 namem: n. 7.* illa, quæ propriè appellatio
 dicitur, est à sententiâ sive definitivâ, sive
 interlocutoriâ, ut ea corrigatur: hæc au-
 tem ab actibus, & decretis extrajudiciali-
 bus *cap. concertationi. h. t.* ut dum appella-
 tur ab electione, spoliatione, & hujusmo-
 di. *Clement: sicut. 3. h. t.* & solet dici provo-
 catio ad causam, & habet vim conventio-
 nis *cap. cum sit Romana. 5. §. si verò. h. t.* Ju-

dicialis ergò provocatio fit ab actu judi-
 ciali, hæc ab extrajudiciali, id est, non à
 Judice, sed à parte extra judicium vel à
 Judice extrajudicialiter procedente; illa
 causam appellandi veram exigit, ista pro-
 babili contenta est: ut si timeam turbari
 in possessione alicujus rei, etsi turbatus
 necdum sim, appellare possum, teste Re-
 bus: qui cum cæteris DD. benè advertit
 appellationum sive judicialium, sive ex-
 trajudicialium, alias esse rationabiles, id
 est, justas, & legitimas, alias frustratorias,
 frivolas, inanes, & leves: frustratorias,
 ut quæ morandæ solutionis, vel suspen-
 dendi judicii causâ interponuntur, L.
tutor. ff. de usur. frivolas autem, & leves,
 quæ pro minimis rebus interjiciuntur,
 quæque ut tales, & temerariæ rejiciuntur
 & quas reipsâ rejicit Ulp. in L. *si rem alie-
 nam. §. solutam autem. de pignor. act.*

2. Appellat non solum Dominus, sed
 & is, cuius interest, & procurator, tutor,
 curator, quin hi officii causa non solum
 possunt, sed & debent appellare, appella-
 tionemq; interpositam regulariter pro-
 sequi, ut habetur. L. 5. ff. de appell. L. 2. ff.